



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 5. Conservatores an cognoscere possint de causa hæresis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

app. Nevizan. conf. 38. numer. 11. VVamesius conf. 181. num. 4. de appell. Tum quod per retentionem rei ad alium spectantis vis dicatur inferri. l. vim facis qui ff. de vi et vi armat. Amanellus de claris aquis sing. nota quod si promiss. possitque is cuius res retinetur, ad suum conservatorem recurrere. Guiteres pract. questionum lib. 3. quest. 9. gloss. d. cap. ad apostolatus.

Non posse vero censuit Alciatus de presump. Reg. 1. presump. 23. num. 3. Et 4. lo. Guiteres pract. quest. lib. 3. quest. 9. qui rationibus in contrarium allatis acurè respondet. De qua quaestione ego etiam alio in meo tractatu differui d. quest. 39. num. 71. Emanuel Roderic. loco jam laudato se profuadit ac pro affirmativa concludit, respondetque antinoniis argumentisque contrariis, licet à facto aberrer, cum pro sua opinionis stabilitate laudat Alciatum, qui non affirmativam quam ipse, sed negativam amplectitur sententiam, qua de quaestione vide complura inferius quest. 102. 103. Et 104.

### QUESTIO QUINTA.

Conservatores an cognoscere possint de causa hæresis.

#### SUMMARIUM.

1. Generalis commissio non extenditur ad causas fidei.
2. A delegatis ad Conservatores procedit argumentum.

Neutiquam, in causis enim herefeseos S. Sedes deputat speciales iudices, scilicet in ordinarios & inquisitores hæreticæ pravitatis cap. ad abolendam in fine vers. Si qui vero fuerint de hæreticis cap. accusatus §. fin. cap. ut officium in pr. Et §. compescendi ead. in 6. Deinde generalis Papæ commissio facta delegato non extenditur ad causas fidei. ca. Frater noster 16. quest. 1. cap. in generali ubi glo. verb. generalis de Reg. iur. in 6. ergo neque generalis commissio data conservatori, ad ejusmodi causas fidei extendi potest. A delegatis enim ad conservatores procedit argumentum tantum à genere ad speciem. gloss. cap. fin. verb. edita de offic. del. in 6. arg. I semper in generalibus de Reg. iur. Navar. conf. 3. de officio deleg. Denique fidei favore multa sunt specialia jure introducta, pedum contra privilegia, sed & adversus communes juris regulas. cap. in fidei favorem cap. accusatus §. licet §. sane cap. ne aliqui de heret. in 6. & ita huic quaestioni eodem in meo tractatu etiam respondi libro 4. quest. 47. quod tamen intellectum velim cum ea mica salis, de qua inferius quest. 96.

Quest.